



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

107. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Bichio, in causa
Maioricens. celebrationis Missarum. Veneris 28. Iunii 1652

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

DECISIO CVII.

Sacræ Rotæ Romæ coram R. P. D. Bichio.

In causa Maioricensis celebrationis Missarum.

Idibus 28. Junij 1652.

§. 1. Celebrat Cathedralis Ecclesia Maioricensis duplicis generis festiuitates scilicet de Aloy, alias nuncupatas capitulares; alias fideiolum deuotione fundatas ac dotatas. De primis non est questio, sed in secundis recalcantibus Canonicis canere per se ipsos Euangelium Missæ solemniter. Reuerendissimus Episcopus decreuit Ecclesiam manutentionem in quasi possessione, recipiendi ab illis seruitium cantus Missæ, & Euangelij. Deuoluitque per appellationem Canonorum negotio ad hoc factum Tribunali; & mihi commissio, decidendum hodie proposui. An Promotori Ecclesie sit danda manutentio, in quasi possessione canonicandi Euangelium à Canonicis in solemnitatibus prædictis; Et affirmatiua sententia placuit. Nam quasi possessio recipiendi seruitium huiusmodi cum sit quæ Ecclesiam ipsi, (sive eius nomine Promotori, competit manutentio, ut ferè in his terminis respondit Rota in Salamantina stipendiariorum 16. Ianuarij 1606. & 3. Decembris 1607. coram Cardinali Lancelotto iuniori impressa apud Modern. Petrus de manutentione decis. 96. n. 2. & 3. & decis. 97.

2. Neque Canonici negant idem seruitium, in præteritum præstitisse pluries; quod etiam affirmant testes deponentes de visu per longissimum tempus dat. in summario Promotoris n. 4. & 5. & satis esset aliquando ita ita fuisse seruatum: ut quasi possessio diceretur Ecclesie quaesita, iuxta Theor. Ripa in cap. cum Ecclesia Surina num. 91. de caus. possess. & propriet. Rom. conf. 311. num. 7. Oldrad. conf. 312. num. 2. Dec. conf. 117. sub num. 2. vers. quod ayem Gatz. de benef. part. 1. cap. 5. num. 59. Rot. decis. 337. part. 2. apud Capua. quæ. & alias sæpissimè: sed asserentes id sponte fecisse, ac proinde actus fuisse voluntarios: eos prætendunt adduci non posse ad probandam assertam quasi possessionem; quippe quæ ex actibus facultatiuis non acquiritur: l. Proculus. ff. de damn. infect. Decian. conf. 144. num. 133. lib. 4. Rot. decis. 473. num. 1. part. 3. recent. cum reliquis allegat. à modern. Petrus de manut. obser. 5. n. 2. & seq.

3. Verum Promotoris replicationes infra adducende vixæ sunt obligationem canendi spontaneo; & facultatiuo cantui contrariam Rip. in cap. cum Ecclesia Surina. n. 55. de caus. poss. & propriet. Menoch. præf. 67. n. 1. seq. lib. 6. add. ad sp. mem. Greg. XV. decis. 162. sub lit. E. vers. primo sciendum, Rot. apud Pen. decis. 135. num. 9. & Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 15. Maij 1644. §. quia hoc coram R. P. D. meo Peuingerio suadere posse; ut saltem dubium sit an actus canendi fuerint facultarij; quod sufficit ad obtinendam desuper manutentionem, nisi præsumptio valde vehemens aduersetur Add. ad san. mem. Greg. XV. decis. 162. n. 35. in sin. velat. à modern. Auenionen. quæ. & resolu. lib. 1. c. 15. n. 17. & à modern. Petrus de manu. dicta obseru. 53. n. 16. Rot. Bonon. diuers. dec. 138. numer. 58. & 59. Seraph. dec. 25. n. 3.

4. Adest siquidem Capitularum decretum editum die 5. Septembris Anno 1603. disponens quod festa, de quibus agitur: fiant à Canonicis per Turnum; verbum enim fiant: cum sit præceptum Clem. exini de Paradiso re. f. item ordo de verb. signif. Paril. conf. 19. num. 132. lib. 2. proxi & subsequens verbum dicat ibi; dicat Euangelium, importare videtur præcisam obligationem, & spontaneam

add. ibidem num. 14. de decis. 262. numer. 15. Et superueniente Clericatu etiam bona patrimonialia quaesita exeunt de potestate laicorum Imol. conf. 55. num. 7. Honded. de communi conf. 3. n. 12. lib. 1. Lancell. Gallia conf. 59. num. 14. alique velati à modern. Pedemontano disquisiti. Clerical. par. 1. tit. de exempt. Cleric. & cor. honor. §. 5. num. 6. attendique debet solum tempus mortis in quod statuti exclusiui effectus confertur Salye. in auth. cassa num. 14. C. sacres. Eccles. Dec. in cap. Ecclesia S. Maria num. 207. n. 212. & seq. de confit. Abb. ibid. n. 25. Anchar. conf. 107. n. 2. conf. 108. num. 1. & 2. alique plures quos in terminis statuti exclusiui femininarum secuta est Rota in Tudertina successione 29. Maij proximi præteriti coram R. P. D. meo Melio & magis in puncto modern. Neapolitanus de iuris ditione part. 4. cas. 5. n. 15. modern. Manicalitanensis ad Bull. Cane Domini lib. 2. can. 15. q. 17. n. 23. Reuerendissimus Episcopus Eugubinus decis. fori Eccles. 11. n. 14. & 21. Nihil suffragante quod Statuta Bononiæ confirmata fuerint à Sede Apostolica in forma specifica verbis tam amplis, ut nona legis vim ipsa confirmatio habere videatur, ut ponderatum fuit in decis. 438. n. 34. & seq. part. 4. tom. 2. recent. relata in Bononiens. bonorum 17. Maij 1649. §. gratis vero in sin. coram meo quia id esset momenti si statutum eliminaretur à successione Clerici ex defectu dumtaxat potestatis statuentium; hunc enim defectum dicta confirmatio subtiliter: verum vrget vltimus defectus voluntatis; quia nempe nisi in statuto fiat expressa mentio de Clericis, eorumque bonis, vel ad sint verba vniuersalia apta Clericos includere Honded. conf. 20. n. 6. vers. sed etiam; & sub n. 7. vers. qua conclusio lib. 2. & alii allegatis aduertit Rot. in Romana dotis 11. Februarij 1647. §. addebant coram me Hunc autem voluntatis defectum confirmatio quamuis in forma specifica non supplet, cum natura confirmationis sit robur addere confirmato, non autem illud ad ea quæ in confirmato, non includuntur extendere. c. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Decius in Linoze numer. 31. ff. iuris d. omni. iudic. Bero. conf. 7. n. 37. lib. 3. Menoch. conf. 75. num. 32. Rota in Romana fenorum quatuor millium 26. Nouemb. 1618. coram clar. mem. Cocina decis. 604. numer. 1. part. 4. recent. & in puncto statuti confirmari à Sede Apostolica decis. 58. num. 29. & 30. part. 6. recent. in Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646 §. Cum in ea coram Eminentijs. D. Card. Corrado in d. Rauennaten. hereditatis §. neque suffragatur. ibi nec in statuti facta esset expressa mentio Clericorum coram Eminentijs. D. Cardinali Orsibono, in d. Tudertina successione coram R. P. D. meo Melio quæ loquitur in terminis confirmationis ex certa scientia amplissimis clausulis conceptæ.

5. Eo facilius attentis præcis verbis confirmationis Iulij II. ibi; dummodo contra libertatem non sint, quibus ille Pontifex satis declarauit non intellexisse aliquid disponere contra Clericos; & libertatem Ecclesiasticam, quæ etiam in exemptione bonorum Clericorum à Iurisdictione laicali consistit; vnde vrget quoque defectus voluntatis confirmantis, & etio quod confirmatio vim haberet nona legis; operari potest contra voluntatem legislatoris, ut per Barr. in l. Iulianus verum debitorem n. 15. ff. condit. in deb. Dec. conf. 43. n. 4. Buratt. decis. 5. n. 4. aut egredi terminos confirmati cui famularur Casar. dec. 1. n. 2. de confirmat. vtil. vel inutil. quem cum alijs ibi allegatis referet, & sequitur Rot. dec. 176. n. 6. part. 5. recent.

Et ita decisiuam vtraque parte informantem.

spontaneam excludere, vt in puncto celebrationis Missæ; aduertit Modern. Carpenis *controu. for. cap. 38. n. 22. §. seqq.* Consonat aliud decretum Capitulare sub die 17. Septembris eiusdem anni; Mandans, quod in hisce festis seruetur Turnus: ponderando verbum *seruetur*, quod indefinitè prolatum in re de sui natura tractum successuum habente iniungit onus: sic perpetuò faciendi Fel. in *cap. 2. n. 50. fall. 2. & 5. de iure iura. & pace. Cyn. in l. si quis heredem nuda. 2. vers. nam quidem. C. de instit. & substit. lal. in l. si ab arbitrio sub num. 1. vers. secundo. & fortius ff. qui satis d. cog. Ang. conf. 34. n. 9. Rot. decif. 677. n. 2. p. 1. diuersorum; Turnus autem ex Ecclesiæ instituto non cadit nisi inter Canonicos, qui proinde per seiplos canere debent, Garz. de benef. part. 3. c. 2. n. 495.*

5. Nec obstat quod in vtroque decreto detur Canonico existenti in Turno potestas non celebrandi, aut capendi, si nolit; nam præter quod vnus ex Dominis animaduertit. Intelligendum hoc esse de voluntate legali iuxta boni viri arbitrium: hoc est, si legitimo impedimento detineatur, vt in fortiori, term. Guttier. conf. 1. num. 11. vers. & prædicta. Barbar. conf. 33. numer. 8. vers. quia ad hoc respondeo lib. 2. Garz. de benef. part. 3. cap. 2. num. 504. & alij quos ad rem nostram allegat Modern. Carpen. dict. cap. 38. sub numer. 27. vers. verum. & num. 28. non rectè à libertate concessa Turnario inferitur, quod omnes Canonici possint recusare, quod vltro disponitur quod eo recusante; Turnus ad alios transeat: quia stant simul quod actus respectu Canonici Turnarij sit voluntarius, necessarius verò respectu totius Capituli; in quo residet formale onus canendi: solumque Turnus diuidit in singulos Canonicos eiusdem oneris exercitium; vt ex doct. Bart. in l. inter tutores numer. 16. ff. de administ. tut. tradit in termin. Turni inter Canonicos Lotther. de re benef. lib. 2. question. 21. & 29. & dixi. Rot. penes Seraph. decision. 80. numer. 10. & 11. in Montis alri beneficij 15. Decembris 1645. §. & additur coram me.

6. Eò magis quia decreta; arbitrium nolendi tribuunt quidem existenti in Turno, sed in hac parte non loquuntur de alijs Canonici immediatè sequentibus; imò explicitè mandant, quod ad illos Turnus transeat: ibi, *Canonico ad quem spectat Turnus; & eo non acceptante transeat Turnus ad alium immediatè sequentem. Summ. Promot. num. 6.* nec non quia emanarunt non ad minuendam Capituli obligationem; sed augendum, diffundendumque illius emolumentum, ac exercitium in omnes Canonicos, cum prius illi solum participarent; quos fundatores festorum inuitassent: vt deponit, Quartus testis dicto Sum. num. 4. quam obligationem Capitulum agnouit etiam in alio decreto anni 1650. vbi inhærendo decretis anni 1603. vbi facilius obseruentur neque ex parte Capitularium deficiat seruitium ibi: *per facilitare, che non si sia mancamento de Signori Capitulari, che officiaro in detti giorni.* Constituit vt ultra ordinariam distributionem alia extraordinaria celebrandi Missam, & canenti Euangelium soleatur à mensa Capituli Sum. num. 7. Neque enim Capitulum propriam mensam extraordinariam distributione grauasset, pro adimplemento huius seruitij nisi ad illud teneretur, & verbum illud *mancamento*, supponit præexistentiam debiti, cum deficere in adimpleto non dicatur qui non debet l. non intelligitur §. 8. multa. ff. iur. Fisc. lib. amissione §. 5. primo. ff. cap. Genus. l. Canus. 11. in fine. ff. iur. l. si extraneus 34. in principio. ff. iur. dot. l. non videntur 84. l. non potest videri 100. l. non potest videri 209. ff. regul. iur.

7. Quod etiam demonstrant tum fundaciones harum festiuitatum, in quarum aliquibus assignatur certum emolumentum Canonico canenti Euangelium,

Sum. Promot. num. 2. alie fuerunt à Capitulo acceptata cum onere solite solemnitatis: quod perneceffe intelligitur cum cantu Canonici vt explicant Testes Summ. ibid. num. 4. in fin. vt propterea Capitulum ab onere acceptato recedere non valeat vt in proxim. term. ratiocinatur Rot. apud Peniam decif. 146. num. 1. & 2. Tum subsequens obseruantia probata ex pluribus testibus, quorum signanter quintus examinatus ad instantiam Promotoris Sum. num. 4. est etatis 80. annorum; & deponit quod spatio 66. annorum in quibus beneficiatus est Ecclesiæ huius Cathedralis, semper vidit Euangelium in his festiuitatibus cani à Canonico, nequaquam vidit, quod alius non Canonicus cecinerit, id quod in teste verisimiliter informato quia beneficiatus est, includit negatiuam coarctatam, licet non sebat aliter fieri non potuisse, quin sciuerit, Aretic. in cap. cum causam num. 37. de testib. Paris. conf. 162. num. 14. lib. 4. Paris. conf. 151. num. 18. add. sancti. memor. Gregor. XV. dec. 325. num. 27. Cümque omnes testes Promotoris deponant de obseruantia longi temporis hæc ipsa in re diuinum cultum respiciente obligationem Capituli nedum probat, sed quatenus opus sit ex integro parit fauore Ecclesiæ Felin. in cap. ad Apostolicam num. 3. de Simon. pari. Abb. in cap. suam numer. 9. eodem tit. Guttier. Canon. quasi. lib. 2. quasi. 21. numer. 114. Cassad. decif. vnic. numer. 2. & 5. de consuet. Rot. decif. 30. sub numero septimo vers. ultra quod pari. 1. recent. decif. 143. num. 5. decif. 1135. n. 2. & 3. coram Pana, vbi subdit omnes asserunt quod sufficiat continua prælatio decem annorum: eò facilius ad obscurandam qualitatem voluntarij; seu facultatiui, quæ ob actum multipliciter non præsumitur Add. ad Gregor. XV. decif. 162. numero 15. ante fin. vers. 2. excluditur, & vers. 3. vbi agitur Casar de Grass. decif. 1. num. 3. de caus. poss. & propriet. Seraph. decif. 212. num. 2. decif. 323. n. 4. cum alijs relatis à Modern. Petul. de man. obseru. 3. numer. 20. & seq. vbi refert quod exinde acquiritur possessio manutentibilis.

8. Hanc ipsam obseruantiam probant testes Capituli non attento quod deponant de duobus actibus contrarijs, qui cum dederint causam liti, non merentur attendi Giouagn. conf. 28. n. 38. lib. 2. Lancell. de artem. part. 2. c. 4. limit. 1. num. 111. & seqq. Rot. coram sancti. memor. Gregor. XV. decif. 4. num. 2. prot. attendi non meretur, quod semel aut bis canente Missam Canonico, cecinerit Euangelium non Canonicus; quia existunt declarationes Sacre Congregationis Rerum relate à Barbol. de Canon. & dignit. cap. 34. sub n. 7. idque factum credere piium est ob legitimum aliquod impedimentum, vt in prax. term. ponderat Modern. Carpen. controu. c. 38. n. 47.

9. Que omnia vt supra dicebatur, Domini non attulerunt ad effectum aliquid decernendi in petitorio, sed solius summariissimi possessorij, quod leuitores probationes admittit ex allegat. in dec. 396. n. 1. dec. 147. n. 2. dec. 626. n. 2. in impress. post tractat. Modern. Petul. de man.

Et ita decifum vtraque parte informantè.

DECISIO CVIII.

Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

In causa Albingancn. Præcedentiæ.

Veneris 20. Iunij 1653.

§. 1. Attendantur dispositio iuris communis, sine Constitutio sæl. record. Greg. XIII. relata per Barbol. de potest. Episcop. alleg. 78. n. 72. & per Modern. Hispanum